



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

11 Vtrum omnis circumstantia agens bonitatem, vel malitiam constituat
actum moralem in specie boni, vel mali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

q. 7. art. 5.

bonitatis: vel malitiae: ut sunt oēs actus virtutum & viciōrū: quaedam cōditiones tantum suppositarū virtutū, vel malitiarum, ut maius & minus, magis & minus & his similia. Differentia inter istas circūstantias manifesta est: quia istae dūc nūquā faciūt actū bonum, vel malum, quamvis augēt, vel minuat bonitātē, vel malitiā. Primae autem faciunt actū bonum, vel malum, & ratio est in prōptu: quia primae apponūt ex se bonitatem, vel malitiā, secūde nō. Differentia rursus inter eas est, quod primae secūdum se sunt species quaedā moralium habentes propria obiecta conuenientia, uel disconuenientia rationi ut patet de furto factō in loco sacro. Actui nāque furti adiūgitur iniuria loci sacri, q̄ habet propria speciem ex loco sacro, obiecto rōni, ut iniuriā patiente: est namque obiectū hoc secūdū se rōni dissonans. Secūde aut non sunt secundum se species moralium, nec hnt, propria obiecta: & ex hoc sequit, q̄ primae dant speciem actui, quem circūstāt, q̄ actus est circa illud circūstātiae obiectū: ita q̄ sunt quasi duo actus, vnus circa obiectum actus, & alter circa obiectū circūstantia: ut in furto ex loco sacro apparet. Sceptio alieni, & iniuria loco sacro irrogata. Et propterea in litera dicit, q̄ circūstantia mutātes, seu dātes spēm, transeunt in cōditiones principales, seu differentias obiecti. Iam n. stabilitū est, ex obiecto hri spēm bonitatis & malitiae moralis actus. Et ex eadem radice dictū fuit in litera quinti articuli, in rōsione ad quartum, q̄ quādocunq̄ circūstantia trāsmutat actū de bonitate in malitiā, dat actui speciem: q̄a repugnat rationi. Ex hoc nāque q̄ secūdū se rationi repugnat, habet utrunque. i. & q̄ malitiā secūdū se importet, & q̄ sit, vel habeat propriū

art. 5.

dentia eius, ut dictum est: * sed accidens nō constituit speciem: ergo circūstantia nō cōstituit aliquam speciem boni, uel mali.

¶ 3 Præterea. Vnius rei nō sunt plures species: vnus autem actus sunt plures circūstantia: ergo circūstantia nō constituit actum morale in aliqua specie boni, uel mali.

SED CONTRA. Locus est circūstantia quaedam: sed locus cōstituit actum morale in quādā specie mali: furari n. aliquid de loco sacro, est sacrilegitum. ergo circūstantia cōstituit actum morale in aliqua specie boni, uel mali.

RESPONDEO. Dicendum, quod sicut species rerum naturalium cōstituitur ex naturalibus formis: ita species moralium actuum cōstituitur ex formis, prout sunt a ratione concepte, sicut ex supra dictis * patet. Quia uerō natura determinata est ad unum, nec potest esse processus naturae in infinitū, necesse est peruenire ad aliquam ultimam formam, ex qua sumatur differentia specifica, postquam alia differentia specifica esse non possit. Et inde est quod in rebus naturalibus, quod est accidens alicui rei, non potest accipi ut differentia constituens spēm: sed processus rōnis non est determinatus ad aliquid unū. Sed quōlibet dato, pōt ulterius procedere. & ideo, quod in actu uno accipitur ut circūstantia superaddita obiecto, quod determinat speciem actus, potest iterum accipi a rōne ordināte, ut principalis cōditio obiecti determinātis speciē actus. Sicut tollere alienū, habet speciem ex rōne alieni: ex hoc n. constituitur in specie furti. Et si consideretur super hoc rō loci, uel temporis, se habebit in rōne circūstantiae: sed quia rō est de loco, uel de tempore, & aliis hmoi ordinare pōt, contingit cōditionem loci circa obiectum, accipi ut cōtrariam ordini rōnis: puta, q̄ rō ordinat iniuriā nō esse faciendam loco sacro. unde tollere aliquid alienum de loco sacro, addit specialem repugnantia ad ordinem rōnis. Et ideo locus, q̄ prius considerabatur ut circūstantia, nunc cōsideratur ut principalis cōditio obiecti rationi repugnans. Et per hunc modum, quādocunq̄ aliqua circūstantia respicit specialem ordinē rationis, uel pro, uel contra, oportet quod circūstantia det speciem actui morali uel bono, uel malo.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄

circūstantia, secūdū quod dat speciem actui, consideratur ut quādam cōditio obiecti, sicut dictum est, * & quasi quaedam specificā differentia eius.

AD SECUNDVM dicendum, quod circūstantia manens in ratione circūstantia, cum habeat rationem accidentis, non dat speciem: sed in quantum mutatur in principalem cōditionem obiecti, secūdum hoc dat speciem.

AD TERTIVM dicendum, quod non oīs circūstantia constituit actum morale in aliqua specie boni, uel mali, cum non quilibet circūstantia importet aliquam consonantiam, uel dissonantiam ad rationem. Vnde non oportet, licet sint multae circūstātiae unius actus, quod vnus actus sit in pluribus speciebus: licet etiam nō sit inconueniens, q̄ vnus actus moralis sit in pluribus speciebus moris et disparatis, ut dictum est. *

ARTICVLVS XI.
Vnde omnis circūstantia agens bonitatem, uel malitiā, constituit actum morale in specie boni, uel mali.

AD VNDECIMVM sic procedit. Vt, quod omnis circūstantia pertinens ad bonitatem, uel malitiā, det speciem actui. Bonum enim & malū, sunt differentia specifica moralium actuum. Quod ergo facit differentiam in bonitate uel malitia moralis actus, facit differre secūdum differentiam specificam, quod est differre secūdum speciem: sed id quod addit in bonitate uel malitia actus, facit differre secūdum bonitatem, & malitiā: ergo facit differre secūdum speciem. ergo omnis circūstantia addens in bonitate, uel malitia actus, constituit speciem.

¶ 2 Præterea. Aut circūstantia adueniens habet in se aliquam rationem bonitatis, uel malitiae, aut non. Si non, non potest addere in bonitate, uel malitia actus: quia quod non est bonum, non pōt facere maius bonū: & quod nō est malum, non pōt facere maius malum. Si autem habet in se rationē bonitatis, uel malitiae, ex hoc ipso habet quādam speciem boni, uel mali. ergo omnis circūstantia augens bonitatem, uel malitiā, constituit nouā speciem boni, uel mali.

¶ 3 Præterea. Secūdum Dio. 4. cap. de di. no. * Malum causatur ex singularibus defectibus: quilibet autem circūstantia aggravans malitiā, habet specialem defectum. ergo quilibet circūstantia habet nouam speciem peccati. Et eadem ratione quilibet augens bonitatem, uidetur addere nouam speciem boni: sicut quilibet unitas addita numero, facit nouam speciem numeri. Bonum enim consistit in numero, pondere, & mensura.

SED CONTRA. Magis, & minus non diuersificant speciem: sed magis, & minus est circūstantia addens in bonitate, & malitia. ergo non omnis circūstantia addens in bonitate, uel malitia constituit actum morale in specie boni, uel mali.

RESP. Dicendum, quod sicut dictū est, * circūstantia dat speciem boni, uel mali actui morali, in quan-

obiectum rōni repugnans: ac per hoc in propria specie reputat actum, quem cōstituit malum. Cōstitutio n. actus in esse mali ex obiecto est. Constat autē trāsmutatione actus de bonitate in malitiā, cōstitutio esse in esse mali. Aduerte secūdo, q̄ in litera ex his locis habes duas regulas gnales de circūstantiis dantibus species moralium actibus. Prima est nunc dicta, q̄ quādocunq̄ circūstantia facit actum de bono, aut non bono malū, dat speciem. Secūda est hic in articulo. q̄ quādocunq̄ circūstantia respicit specialem ordinē se, propriū ordinem rationis, dat speciem. Vtraque est exposita, & utraque oportet notare & recollere in q. 72. ubi de specificatione peccatorum agitur.

In corp.

art. 5. ad 1. q. 1. art. 1. ad 3.

Inf. q. 72. 7. cor. 8. di. 16. q. 1. cor. & ma. q. 2. ar. 7.

In par. 4. medio 111.

art. pra.

Super Quæstionis decimæ articulum primum.

Circa primum articulum quæstio, 19. dubium occurrit de actu voluntatis. Bonum & malum sunt per se differentia...

quantum respiciat specialem ordinem rationis. Contingit autem quandoque, quod circumstantia non respicit ordinem rationis in bono, vel malo, nisi præsupposita alia circumstantia, à qua actus moralis habet speciem boni, uel mali. Sicut tollere aliquid in magna quantitate, uel parua, nõ respicit ordinem rationis in bono, uel malo, nisi præsupposita aliqua alia conditione, per quam actus habet malitiam, uel bonitatem: puta hoc, quod est esse alienum, quod repugnat rationi. Vnde tollere alienum in magna, uel parua quantitate non diuersificat speciem peccati: tamen potest aggravare, uel diminueri peccatum. Et similiter est in aliis malis, uel bonis: vnde non omnis circumstantia addens in bonitate, uel malitia, variat speciem moralis actus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in his, quæ intenduntur, & remittuntur, differentia intentionis, & remissionis non diuersificat speciem: sicut quod differt in albedine secundum magis, & minus, non differt secundum speciem coloris. Et similiter quod facit diuersitatem in bono, uel malo, secundum intentionem, & remissionem, non facit differentiam moralis actus secundum speciem.

AD SECUNDUM dicendum, quod circumstantia aggravans peccatum, uel augens bonitatem actus, quandoque non habet bonitatem uel malitiam secundum se, sed per ordinem ad aliam conditionem actus, ut dictum est: & id eo nõ dat nouam speciem, sed auget bonitatem, uel malitiam, quæ est ex alia conditione actus.

AD TERTIUM dicendum, quod non quilibet circumstantia inducit singularem defectum secundum seipsam, sed solum secundum ordinem ad aliquid aliud. Et similiter non superaddit nouam perfectionem, nisi per comparationem ad aliquid aliud: & pro tanto licet augeat bonitatem, uel malitiam, non tamen semper variat speciem boni, uel mali.

nõ intendat hic author, nõ solum ex prædictis, sed ex presenti habetur litera, uolente actum uoluntatis sic esse boni, & mali differentias distinguere, sicut actus rationis est differentia ueri, & falsi. Cõstat enim, quod vnus numero rationis actus, puta, opinio actualis, quod Socrates sedet, est successiue uerus, & falsus absque sui mutatione: quod esset impossibile, si differentia secundum uerum, & falsum, esset per se diuisiua ac constitutiua actus rationis: neque enim aliquod unum indiuisibile coloris est modo album, modo nigrum. Sicut

igitur actus rationis suum habet absolute speciem, differentiamque constitutiua, susceptiua ueri & falsi: ita actus uoluntatis proprium habet genus, differentias, ac species, in genere nature præuenientes genus, & species moralium. Quomodo autem hæc litteræ uerba accipienda sunt; uidentur restat. Difficultatem habent non solum ex perfectitate, sed ex perfectitate tali, scilicet differentiarum. Plus enim exigit ad hoc, quod bonum, & malum sint per se differentia actus, quam quod sint per se differentia ad actum. Facile siquidem patet, quod in diffinitione boni, & mali moralis ponit uoluntatis actus, quoniam sunt circa uoluntarium, ac per hoc ad perfectitatem secundi modi spectant; sed ad hoc quod sint per se differentia, perfectitas primi modi requiritur, quæ cum non sit, dupliciter dici potest, aut quod hic sumitur per se, ut distinguatur contra per aliquid, & actus uoluntatis in genere actuum, ut sit sensus, Quod bonum & malum sunt actus uoluntatis & differentie per se, id est, non per aliud in genere actuum: & secundo hoc ponitur differentia inter actus humanos uoluntatis, & aliarum potentiarum in hoc, quod bonum & malum distinguunt actus aliarum uirium medianibus actibus uoluntatis: quoniam nõ nisi quatenus uoluntarij sunt. Actus autem uoluntatis distinguunt per se, id est, nõ per aliquid aliud. Insinuatur quoque, quod licet bonum, & malum sint per se differentie constitutiue conditionum superuenientium actibus uoluntariis, & nõ ipsorum actuum secundum se, applicando tamen eas ad actus ipsos, respiciunt actus uoluntatis per se, alios per aliud: aut quod hic sumitur per se proprie, ut distinguatur contra per accidens: & actus uoluntatis non in genere nature, sed ut est in genere moris, ut sit sensus, Quod bonum, & malum moraliter sunt per se differentie actus uoluntatis in genere moris. Et in hoc fundatur hic explicata, & hinc deducenda in sequenti articulo differentia inter bonitatem, ac malitiam actus uoluntatis, & aliorum actuum humanorum in hoc, quod bonum, & malum moralia ad alios actus, ut sunt in genere moris, se habent ut differentie per se, & ut ordinatae inter se per accidens, ut & circumstantie. Ad actum uero uoluntatis in genere moris, se habent ut per se differentie, & non aliter: ut in sequenti articulo plenius patebit. Et hic procedubio sensus est intentus

QVAESTIO XIX.

De bonitate, & malitia actus interioris uoluntatis, in decem articulos diuisa.

Et circa hoc queruntur decem.

- Primo, Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex obiecto.
Secundo, Vtrum ex solo obiecto dependeat.
Tertio, Vtrum dependeat ex ratione.
Quarto, Vtrum dependeat ex lege eterna.
Quinto, Vtrum ratio errans obliget.
Sexto, Vtrum uoluntas contra legem Dei, sequens rationem errantem, sit mala.
Septimo, Vtrum bonitas uoluntatis in his, quæ sunt ad finem, dependeat ex intentione finis.
Octaudo, Vtrum quantitas bonitatis, uel malitiae in uoluntate, sequatur quantitatem boni, uel mali in intentione.
Nono, Vtrum uoluntatis bonitas dependeat ex conformitate ad uoluntatem diuinam.
Decimo, Vtrum necesse sit uoluntatem humanam conformari diuine uoluntati in uolito ad hoc, quod sit bona.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex obiecto.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod bonitas uoluntatis non dependeat ex obiecto: uoluntas enim non potest esse nisi boni, quia malum est præter uoluntatem, ut Dion. dicit 4. ca. de diuin. nomin. Si igitur bonitas uoluntatis iudicaretur ex obiecto, sequeretur, quod omnis uoluntas esset bona, & nulla esset mala.

2. Præterea. Bonum per prius inuenitur in fine, unde bonitas

per se differentia actus uoluntatis in genere moris. Et in hoc fundatur hic explicata, & hinc deducenda in sequenti articulo differentia inter bonitatem, ac malitiam actus uoluntatis, & aliorum actuum humanorum in hoc, quod bonum, & malum moralia ad alios actus, ut sunt in genere moris, se habent ut differentie per se, & ut ordinatae inter se per accidens, ut & circumstantie. Ad actum uero uoluntatis in genere moris, se habent ut per se differentie, & non aliter: ut in sequenti articulo plenius patebit. Et hic procedubio sensus est intentus

1111. 4. 222 2. 1103. 527

1111. 4. 222 2. 1103. 527

1111. 4. 222 2. 1103. 527

part. 4. non multum recedat ante finem.

In corp.

ar. 8. ad 1. q. 1. ar. 1. ad 1.

Inf. q. 7. ad 7. cor. 8. ad 16. q. 3. cor. 2. q. 3. ad 7.

In corpore.

In par. 1. medio 1111.

art. 2.